



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

14. An amittantur per contrarium actum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

7. num. 25. Cassad. dec. 1. n. 7. de rest. spol. Branden. ad concord. Crmania q. 2. in prin. n. 4. Gonzalez. ad Reg. VIII. Cancell. glo. 67. ubi latissimè.

---

Q U Æ S T I O XIII.

Exemptiones an amittantur per non usum?

Q U Æ S T I O hæc affinis est præcedenti, quam panormitanus discutiens dicit test in ea fuisse sententias, quot capita, in cap. cum accessissent nu. 6. ubi etiam latissimè Felin. nu. 23. & seqq. de constitu. ubi ceteratim omnes. Paucis, non attinent hic que Doctores variis in locis de privilegio affirmative concepto seu quod in faciendo, consistit attulerunt, censuerunt enim passim illud amitti, cum privilegatus decennio usus non fuit, si illo voluntarie uti potuisset, non autem si ob necessitatem non evenerentem usus non sit ex eo quod occasio utendi se non obtulerit, tunc enim quia nulla negligentia culpa non utenti imputari potest, privilegium non amittitur, etiam si illo ulro hominum memoriam, imo mille annos non sit usus. D. D. l. fin. ubi Paul. numer. 25. de constitu. princip. Et in l. falso C. de divers. rescript. late Gaill. lib. 2. obser. 60. num. 1. & seqq. Abbas cap. Abbate n. 18. cum Apost. de verb. sig. quod latius prosequi oportet præteritum nunc non duxi, si sit opus, adiri poterunt ipsi fontes, è quibus omnia velut ex cornu copiarum hauriantur. Incidenter autem hic queri potest, cui incumbat probatio usus privilegii? In ea sic distinguit Rota novissima. decis. 67. per rot. par. 2. Aut usus privilegii à privilegiato allegatur, & tunc illius usus præsumitur. Gregent. decis. 79. Aut privilegiatus negat usum privilegii, & tunc privilegii usum alleganti probationis onus incumbit. Achil. decis. 1. de probat.

---

Q U Æ S T I O XIV.

An amittatur per contrarium actum?

S U M M A R I U M.

1. Immunitas privata persona concessa, amittitur contrario actu.
2. Nisi fiat protestatio.
3. Ex unica solutione redditus agi potest ad sensum reservationem solutionum.
4. Exemptio habens clausulam irritantem nulla contraventione amittitur.
5. Communitas non perdit privilegium nisi longissimo tempore.

Distin-

Distinguitur ita communiter solet, aut enim Exemptio seu immunitas concessa est personæ privatæ aut vero communitati, Ecclesie, seu toti alicui ordini. Primo casu regulariter amittitur contratio actu directè ei contrario, quia ejusmodi contraventio inducit renunciationem *cap. cum accessissent ubi Abb. num. 7. de const. rex. l. 2. C. de iure Domini Imper. Barth. l. 1. n. 1. C. de his qui sponte muner a civilia subveniunt. lib. 10.*

Secus inquitur si contraventio non sit ex diametro contraria, exemplum, si habens immunitatem à muneribus publicis, acceptet aliquod ultro & sponte, non enim sibi idcirco præjudicabit in aliis. *l. voluntaria ubi Faber & DD. C. de excus. sm. Barth. l. 1. in fin. ff. de constu. princ. Alex. cons. 33. n. 8. vol. 5.*

Quod primò limitatur in munere decutionatus, ultro enim illud suscipiens, in ceteris omnibus sibi præjudicat, nisi expressim protestetur. *l. 1. § 2. ubi DD. C. de his qui sponte muner a civil subeunt lib. 10. Alex. d. cons. 33. Fel. d. ca. cum accessissent n. 28. cum seq. l. semper §. fin. ff. de iure immuni.*

Secundò, nisi ex parte Exempti accedat, interponaturque protestatio. *Barth. Alex. Fel. ubi supra.* Ratio, quia Regularè est, quod actus suapte natura voluntarius priviore obligationem inducere non possit, quam ex eo actum est. *tex. d. l. voluntarie ibi DD. Alciat. l. 1. vers. Octavius casus C. de edendo.* Ideoque licet unica solutione reditus agi possit contra solventem possessorio iudicio ad continuationem solutione non possit contra solventem inducere non possit, quam ex eo actum est. *tex. d. l. voluntarie ibi DD. Alciat. l. 1. vers. Octavius casus C. de edendo.* Ideoque licet unica solutione reditus agi possit contra solventem possessorio iudicio ad continuationem solutione non possit contra solventem inducere non possit, quam ex eo actum est. *tex. d. l. voluntarie ibi DD. Alciat. l. 1. vers. Octavius casus C. de edendo.*

Item credo. *Chassan. ad consuet. Burg. Rubr. des cens §. 2. vers. & prædicta Abb. cap. cum Ecclesia num. 23. & seq. de cons. poss. & propr. Alciat. si certis annis ad verb. impostum. in fin. C. de pactis, si tamen solvens, protestationem interposuerit, quod id non animo possessionem inducendi faciat, liberabitur. Gigas de pensionib. quæst. 61. & 73. Alciat. l. si certis annis vers. nisi C. de pact. Bellenc. tract. de charit. subsid. qu. 61. Abb. d. cap. cum Ecclesia num. 24. in sine latè Menoch. lib. 1. præsumpt. 25.* Prout quoque de immuni seu Exempto à collectis dicitur, qui si solvat cum pacto seu protestatione quod sibi nolit præjudicium generari, sibi non præjudicat. *Gigas de pens. quæst. 71. num. 2. Abb. d. cap. cum accessissent num. 7. cum Apost. Petr. Antiboli tract. de muneribus par. 3. num. 37. cum seq.* Tertiò fallit, nisi Exemptionis privilegium habeat clausulam irritantem, seu annullativam, scilicet cassantes & irritantes, eo enim casu exemptio nulla contraventione, nulla etiam præscriptione amittitur. *Archid. cap. cum de beneficio num. 2. de præbend. in 6. ubi Franc. num. 3. & 4. Gaill. d. obser. 60. num. 12. lib. 2.* Ratio est, quia per ejusmodi clausulam irritantem constat de superioris voluntate, quæ nulla omnino contraventione elidi potest. *tex. cap. dilecto ubi glo. verb. clausula & Abb. num. 14. de præbendis. Schwiff. cons. 14. num. 3. & seq. cent. 1. & dicit supra l. 2. quæst. 5. sub fine.* Quod maximè obtinet in hac exemptionum specie. Non

K k 2

Non enim licet ejusmodi Exemptus suo privilegio renunciare, ut frequenter haec tenent dictum est per cap. cum tempore de arbitris late supra par. 2. quæst. 4. §. 6. 7.  
Secundo casu, non perditur Exemptio per actum contrarium, nisi longissimo tempore, ut capite 12. dictum est. tex. cap. si de terra ca. accedentibus ubi glo. verb. per 4. annos & Abb. cap. ut privilegia n. 4. de Privileg. Fel. & DD. d. cap. cum accessissent.

Q U Æ S T I O X V I

An amittatur propter delictum?

S U M M A R I U M.

1. Clericus delinquens non ideo perdit privilegium Clericale. 2. Dispositio in metiente, extenditur ad mensum.

**I**N hoc articulo video diversitatem esse inter jura Civilia & Canonica, & quidem jure Canonico, quod hac in materia sequendum est. cap. 1. ubi DD. de noni episcopi nuntiacione Doctores hoc pacto distinxerunt, Butrio, Abbas, Felin. & certissimi omnes in cap. fin. de foro compet.

Quoddam est privilegium eximens à certo genere judicium & transferens in aliud, & istud non tollitur per delictum superveniens, id quod etiam est conformiter juri civili, exemplum in Clerico, qui si delinquit, non ideo perdit privilegium fori Clericale. cap. si judex Laicus de sent. excom. in 6. cap. contingit ca. in audientia extra eod. nisi tamen in casibus jure expressis, cap. perpendimus de sent. excom. ca. Vnico de vita & honest. Cler. in 6. Quod etiam concludendum est in Exemptis, cum enim alterum est metiens, alterum mensum, dispositio legis in metiente extendenda est ad mensum. Don. & Franc. in cap. 1. de temp. ordin. in 6. Navarr. in Manuals cap. 22. num. 72. vers. ad quaestio- nem dixi supra lib. 1. quæst. 45. n. 4.

2. Quoddam est privilegium eximens à jurisdictione certæ speciei judicium, ut quando eximitur quis à jurisdictione Episcopi, remanet tamen sub eodem genere jurisdictionis, scilicet sub Apostolico, quo casu si Exemptio sit localis seu concessa respectu certi loci, delinquendo extra locum exemptum, amittitur exemptio. ex. cap. 1. de privileg. in 6. dixi late supra par. 2. quæst. 45. casu 3. 20. 21. & 54.

Si vero exemptio est personalis, seu Exemptio concessa personæ non respectu certi loci, tunc privilegium non tollitur per delictum. d. ca. 1. §. in eos & late supra d. casu 320. & 54. quo (inquit Abbas) notandum est, pro Capellanis scriptoribus sedis Apostolicæ aliisque ejusmodi qui eximantur non habito respectu ad certum locum, sed ad personam, tales enim non poterunt puniri in loco delicti per ordinatum, sed debent remitti ad judicem contentum in privilegio. Abbas d. cap. fin. n. 11. vers.